



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Murenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis Æterni
Vermiculatæ Opus, De Privilegiis Ordinum Regularium**

Alviset, Virginius

Campidonæ, 1673

Dubium 11. An Erimitæsint Religiosi, & gaudeant comunibus Relig.
privilegiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62361](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62361)

D U B. X.

*An Privilegia Regularium suspendantur
in Anno Sancto Iubilaei, vel per Bul-
lam Cruciatam.*

S U M M A R I U M.

- 1 In Anno S. Iubilaei suspendi privilegia Regularium putant aliqui.
- 2 Melius negant alii.
- 3 Explicatur extrav. quemadmodum.
- 4 Clausula, sub qua publicatur Cruciatam suspendit privilegia secundum aliquos.
- 5 Secus secundum alios.
- 6 Vbi quomodo intelligenda. De particularibus Iubilaeis nihil potest certi definiti.

CUM privilegia Regularium versentur circa varias materias non universaliter tamen de omnibus procedit dubium, alias negativa esset de se evidens: sed tantum procedit de tribus praecipue, nempe de potestate absolvendi, dispensandi, ac de indulgentiis. Et quidem quod ad Annum sanctum spectat. Navar. in com. de jubil. §. in Levitico. num. 28. & lib. 5. conf. 16. de privi. omnino affirmat suspendi per dictum annum privilegia concessa circa praedicta, cui quantum ad Indulgentias majores seu plenarias (licet non quantum ad minores) assentitur Vivald. in eand. p. 1. tit. 9. de indulg. Et ita videtur dispositum in extrav. Quemadmodum de penit. & rem. inter. com.

- 2 Attamen contrarium tenent Less. lib. 2. de iust. cap. 42. dub. 12. Henric. lib. 7. de penit. cap. 21. & 28. Sanchez. in sum. lib. 4. cap. 54. n. 62. ubi praeter Less. & Henric. citat Emanuel. Et ait plures Dominican. & Francisc. ita tenere: quod Navar. loco supra citat putat etiam probabile. Et Ratio est, quia cum privilegia sint adeo favorabilia, & non uni vel alteri Monasterio

concessa, sed toti Ordini, & adeo ceteris in bonum commune fidelium: non debentur posse suspendi per verba tamen generalia Jubilaei, sed opus esse specialis mentione alijq; conditionibus, dictis suo loco. Quantum vero ad cetera quemadmodum. In qua fundatur debet intelligi debet de privilegiis non quae concessa in communi Ordinibus Regularium, sed singulariter certis locis Monasterijs.

Quod autem attinet ad Cruciatam in sua Clausula 12. suspendit omnia privilegia, omnesque Indulgentias confas, quibusvis Ecclesijs, locis pijs, vel Monasterijs per annum, quo publicatur. Quomodo autem sit intelligenda illa Clausula, aut de quibus privilegijs. Accur. in exposit. eiusd. Bull. quest. 108. ait universaliter de omnibus etiam Regularium. Sed Nugn. 3. 10. 2. tract. de Bull. Diana 1. p. tract. 2. ref. 88. Macchad. p. 2. tract. 4. doc. 7. Rodriq. Villalob. alij supradicti verius affirmant suspendi per eam sola privilegia privatorum modo & ratione, qua per Jubilaeum sancti. Quantum vero ad alios Jubilaeos cum non soleant sub eadem forma concedi: nihil etiam certi potest dici de Bullam cujusque & ejus Clausulas attendendum.

D U B. XI.

An Eremitae sint Religiosi? Et communi Religiosorum Privilegiis fruantur.

Ad c. 1. sect. 2.

S U M M A R I U M.

- 1 Eremitae sunt Personae religiosae.
- 3 Et Ecclesiasticae.
- 2 Habent Christum pro capite.
- 4 Et sunt sub Episcopo.

§ Eremitae

Ermita ex tunc sunt Laici.
 Ermita habere proprium.
 Ermita possunt conveniri coram Iudice laico.
 Ermita sunt exempti a Gabellis.
 Ermita sunt locustae sine Rege.
 Ermita iusti sunt se recipere in Monasteria.
 Ermitarum duo genera, de quibus praedicta ex-
 plicentur & seq.
 Ermita tolerando a suis exordijs Ermitas ap-
 probavit.
 Ermita, quod profiteantur statum Eremiti-
 cium.
 Ermita Religiosa habet latitudinem.
 Ermita permittuntur Monachi testari.

Affirmat Archid. c. unic. de excess. Pral.
 Am. 6. ubi eos vocat personas religio-
 sas, unde sicut Religiosorum caeterorum,
 ita et ipsorum caput Christum affirmat
 Butr. in suo cons. 19. Consentit Imol. in cap.
 ad Monasterium, de elect. Et Innoc. cap. cum ad
 Monasterium de stat. Mon. ubi dicit esse Ec-
 clesiasticos, favent & Gloss. in cap. nulla.
 de 3. & can. qui verè 16. quest. 1. Butr. cap.
 nullu. de for. comp. & Imol. Clem. per litte-
 ras ad praes. Quos sequuntur nonnulli in
 cap. in dem. t. 1. de elect. in 6. Dicentes,
 non habere iurisdictionem Episcopi. Quae
 sententia verificatur ex eo praecise, quod
 non participati cultui divino, etiam si for-
 te nullam Regulam, nullaque vota sint
 profectis, secundum Joan. Mon. in cap. est.
 qui verè. Calder. cons. 121. 7. de iudic. &
 Angel. cons. item 121.
 Contrarium tamen tenent Gloss. cap.
 scripti 27. quest. 1. Card. & Joan. de Lign.
 in eodem cit. per litteras. & Panor. cap. cit.
 nullu. dicentes quod Ermita ex tunc Ma-
 gister natus sunt Laici, unde semper reputandi
 sunt manere in eodem statu, nisi interve-
 niat aliquis actus per quem transferantur
 in alium puta, vel per susceptionem

Ordinum vel Professionem in aliquo Or-
 dine; aliàs sequeretur, posse aliquem
 proprio arbitrio se eximere à jurisdic-
 tione. Quin etiam Bellencin. cap. cum
 Ioannes. de fid. instr. Imol. eod. & c. cum Mo-
 nasterium. de elect. Abb. & Niconit. in rubr.
 de testa. & Bald. aut. si qua mulier. C. de sa-
 crof. Eccl. affirmant posse eos habere pro-
 prium. Imò & posse eos testari affirmat
 S. Gregor. apud Gratian. in cap. per larum.
 19. quest. 3. Et nubere Gloss. cap. ex parte.
 2. de conu. coniug. Abb. eod. & Butr. cap. cit.
 cum Monasterium. Quod est signum evi-
 dens non comprehendi illos nomine Re-
 ligiosorum, quibus haec tã districtè pro-
 hibentur in iure. Et ad hoc conformiter
 Innoc. in cap. significantibus. de off. del. An-
 car. Clem. cum ex eo. de sent. ex. & Calder.
 cons. 7. cit. dicunt, posse illos conveniri
 coram Iudice laico. Et novissimè Lugo.
 to. 2. de iust. d. 36. sect. 7. scripsit eos non
 esse exemptos à Gabellis. Quin & infi-
 tutum eorum satis improbat Gloss. cap.
 cit. qui verè. Et Socin. cap. 1. de for. comp.
 ubi hoc hominum genus appellant: Lo-
 custas quae non habent Regem. Quod fuit cau-
 sa ut in 6. Synod. gen. can. 42. jam olim
 iusti sint se recipere ad Monasteria. In
 hac autem opinione & DD. tanta var-
 rietate, arbitrator ego distinguendum esse
 inter Ermitas. Nam qui propria volun-
 tate se induunt & vivunt, qui ut loqui-
 tur S. Bened. in sua Reg. Non Dominicis
 sed suis inclusi ovil. b. pro lege eis est desideriorum
 voluptas. Sanè Religiosos non dixerim,
 nec Religiosorum gaudere privilegijs,
 & de his ego intelligo loqui Authores se-
 cunda sententia. At secus est de his, qui
 habitum recipiunt de manu alicujus Epi-
 scopi, seu alterius, qui ad hoc habeat po-
 testatem, & sub ejus obedientia vivunt
 propter rationes in oppositum: & de istis
 debent intelligi Authores prima sententia.
 M m 2 Nam

REGIA
 CLARINUM
 ET
 VENTARIA
 REGVLAS
 ELLARLA
 STOLICE
 CUI
 B

14 Nam ex quo Ecclesia eos tolleravit jam à suis initijs, censetur modum eorum vendi & statum approbasse, multisque
 15 miraculis Deus confirmavit, ut videre est in vitis Patrum. Neque obstat, quòd dicantur nullam Regulam profiteri: nam hoc ipso, quòd sunt Eremitæ, censentur Regulam seu statum Eremitarum professi; Neque etiam quòd retineant proprium, quia Status religiosus habet suam latitudinem, & non idem rigor, eademque vita norma requiritur in omnibus, sed diversum permittit Ecclesia, quæ licet damnet proprium in alijs: in Eremitis tamen tolleratur, sicut in Clericis Societas. Jesu post primam Professionem, retinent enim proprium, & tamen inter Religiosos computantur. Ad quod non parum facit: l. Generali C. de sacros. Eccles per quam olim dabatur Monachis omnibus facultas testandi, & sic supponebantur habere proprium.

D U B. XII.

An Regularis possit absolvi à casu reservato suo Superiori sine ejus licentia?

Ad Cap. 4. sect. 3.

S U M M A R I U M.

- 1 Potestas reservandi casus est limitata Prælati Regul. & 2.
 - 3 Prælati regul. non possunt eos obligare, ut sibi confiteantur.
 - 4 Prælati regul. debent eis deputare Confessarios pro ratione numeri.
 - 5 Prælati regul. non possunt in administratione Monaster. uti notitia habitæ per Confessionem.
 - 6 Prælati regul. possunt determinare penitentiam pro certis peccatis.
 - 7 Regularis potest absolvi à casu reservato suo Superiori sine ejus licentia.
 - 10 Quomodo, & quando.
- Et seq. usque ad 14.
- 8 Privilegia regul. sunt æquæ efficacia ac cruciata.

Supposita potestate reservandi casus in Prælati ordinarijs, de qua Tribus sess. 14. c. 7. & can. 11. Cum eam Prælati Regularium habeant secundum quod dixi sect. præced. cap. 22. Clem. VIII. restringendo sua constitutio quæ incipit: sanctissimus, vetuit, ne ipsi aut alios reservarent, quam r. illos gares, Veneficia, Incantationes, &c. sub finem constitutionis sequentes verculos addidit: Si quod aliud præservatum grave pro Religione conservandum id non aliter fiat, quam generalis Capituli Ordine aut Provincialis in Provincia, & r. a discussione & consensu. Non licet Superioribus Regular. Confessiones Sacerdotum nisi quando aliquod peccatum reservatum fuerint, aut ipsi met subditis sponte ac proprio tu id ab eis perierint.

Superiores in singulis Monasteriis duos, tres, aut plures Confessarios pro numero majori vel minori, utque sint idonei, ac charitate præditi, qui à non eos absolvant, & quibus etiam reservatum solutio committatur, quando casus occurrerit quo eam debere committi, ipse in prima Confessarius iudicaverit.

Tam Superiores pro tempore existentes Confessarii, qui ad Superioritatis gradum promoti, caveant diligentissime, ne ea quam de aliorum peccatis in Confessione prædicant, ad externam gubernationem mutentur.

Licet tamen Superioribus determinationis graves quibusdam peccatis, etiam reservatis à Confessariis imponendas, quæ ab eiusmodi perpetrands cohibere possunt. Clem. VIII. in dicta constitutione, præsertim postea, quòd aliquis Prælati reservaverit sibi aut omnes illos casus, aut aliquos, vel etiam alios secundum rem ejusdem constit. Nunc quæritur an inferior possit ab his absolvi sine